



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 40. Comitia ex Hispanorum culpa diutius prorogata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.

§. XL.

A. C. 1559.

Comitia ex Hispanorum culpa diutius prorogata.

Thuan. l. 23. Ceterum hoc Sedis Apostolicæ interregnum longius fore facile apparebat, eo quod Vargas Philippi II. Orator Romæ Cardinales sibi suspectos excludere totis viribus niteretur: quapropter Christiani Principes ob hanc moram palam indignabantur, ac Lemovicensis Episcopus, qui Franciæ Regis nomine apud Philippum II. Legatum agebat, querelam apud Albæ Ducem instituebat, a quo tamen id responsum tulit: „Vargas homo stolide ambitiosus „Regis sui nomine eo in negotio abusus „est; nam nihil aliud Philippus Hispaniæ Rex exoptat, nisi ut quamprimum „Pontifex liberis Cardinalium suffragiis „eligatur, sive is Hispanus, Germanus, „Italus, aut Gallus esset, dummodo ea „splenderet pietate, ac prudentia, ut „semoto omni privato affectu Dei gloriam duntaxat præ oculis haberet, ac „paci Ecclesiæ ubique turbatæ, & Christiani orbis tranquillitati mature confuleret. Porro Vargas Philippo e Belgio

licæ veritatis odium, & invidiam ejusmodi Catholicis Auctoribus utuntur, eosque allegant tanquam testes minime suspectos.

„gio in Hispaniam proficiscenti imposuit, Sæcul. XVI.
 „ideo hic homo tanto munere indignus A.C. 1559.
 „tam honorifica legatione ornatus fuit,
 „atque insuper effecit, ne Joannes Fi-
 „gueroa a Rege Romam missus a Pon-
 „tifice admitteretur, ut scilicet ipse, qui
 „jam Romæ erat, illo excluso in ejus
 „locum sufficeretur, hinc ob id ego
 „jam, qui tunc in Italia cum summo im-
 „perio eram, illum fraudis convictum
 „in carcerem conjici jussi: itaque Phi-
 „lippus decrevit eum revocare, & de-
 „bita castigatione multare: interea
 „Mondejaræ Marchionis filio, qui Romæ
 „est, sedulo mandavit, ut curaret, ne
 „huic negotio Vargas ullo se pacto in-
 „terponeret, omnemque illi auctorida-
 „tem suo nomine abrogaret. Præterea
 „Albanus rei retardatæ culpam in Car-
 „dinalem Caraffam rejiciebat, qui, ut
 „ajebat, privatis rebus studens, publi-
 „cam libertatem impediabat. Ceterum
 „his omnibus querelis id tandem effe-
 „ctum, ut deinceps majori ardore ele-
 „ctioni insisteretur.

§. XLI.

*Quorumdam molimina pro Paccoco
 Cardinale in Papam no-
 minando.*

Interea Cardinalium quamplurimi Pac- *Pallav. hist.*
 ceco Cardinali sua deferre suffragia *Conc. Trid.*
 X 5 *l. 14. c. 10.*
 decre- *um. 5.*